

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis
Extrema Unctionis, & Ordinis

Bosco, Jean a

Lovanii, 1672

Concl. III. Obligatio perpetuæ continentiæ annexa fuit Ordinibus sacris jure
Ecclesiastico à temporibus Apostolorum, tam in Ecclesia Græca, quàm
Latina; & annexa manet in Ecclesia Latina. Græci ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](#)

Literis; tum, quia prohibitus est per legem Apostolicam, contentam in sacris Literis; tum, quia, supposita lege Ecclesiae, talis concubitus verum sacrilegium est, quod, sicut & alia plura crimina, in lacris Literis damnatur.

46.
Explicantur
alii Conc.
Pontif &
Patres de
antiquissi-
ma obliga-
tione,

Consimiliter alia Concilia, Pontifices, & Patres, quos brevitate gratia, & quia speciem non habent difficultatem, lubens pertransito, supponunt hanc obligationem, tamquam antiquissimam a temporibus Apostolorum, & tamquam indelebilem seu insolubilem; quoniam nullam inferiorem potestate aboliri potest, & superma Ecclesiastica auctoritate non debet.

Unde non mirum, quod pro tali crimine imponant picenam depositionis & excommunicacionis: qua sanè etiam pro observatione & munimine Ecclesiastici juris, in aliis quoque rebus ex tunc solebat imponi.

Quæris à me , cur ergo Episcopis in Pontificali , admonens Subdiaconos de castitate imposterum servanda , non dicat: *Castitatem servare* , sed: *Castitatem illo (Deo) adiuvante , servare oportebit.*

Respondeo; eò quod non ipse talēm obligatiōnē, & necessitatē injungat, sed intimet dumtaxat eam, quā ab Ecclesiā tam antiquo & solemni jūre instituta est.

Sed dicit aliquis, unde probatur illa antiquitas? Quippe Melanchthon in Apol. Confess. August. & Kemnitius in exam. Conc. Trident.

... & ceteris in Ecclesiis Latinae, Sunt, & inde
tinentini ad fess. 24. can. 9. ausi sunt dicere, fu-
isse hanc legem à Rothanis Pontificibus contra
antiqua Concilia introductam, & in Germânia
non ante 400. annos inventam. Clictovæus
etiam lib. de Continentia à cap. 4. putavit
hanc legem in Ecclesia Latina incepisse à Siricio
Papa, qui assumptus fuit anno Domini 385. &
anno sequenti legitur convocasse Romæ Co-
cilium & hanc legem tulisse: atque Clictovæus
nece anteagere post fuisse in Ecclesia Graeca
receptam. Ipsi etiam Graeci hanc institutio-
nem fuisse noviter in Ecclesia Latina introdu-
xam contendeunt, ut refert Arcadius in Con-
cord. lib. 7. c. 34. Itaque non supponenda, sed
probanda manet illa antiquitas.

Respondeo; satis videti probatam ex testimoniis, jam allegatis pro jure divino; interim, ad eximendum omnem scrupulum, pono sequentem Conclusionem;

CONCLUSIO III.

Obligatio perpetua continentia
annexa fuit Ordinibus sacris
jure Ecclesiastico à temporibus
Apostolorum , tam in Ecclesia
Græca , quam Latina ; & an-
nexa manet in Ecclesia Latina.

Græci licet utuntur matrimonio, antea contracto; illicet contrahunt post Ordinationem.

Hæc Conclusio multas habet partes, quæ sigillatim explicandæ sunt. Atque imprimitur, præter testimonia præcedenti Conclusione allata, qua possent sufficere ad probatam anitiquitatem hujus obligationis, unum addo ex Clement. Rom. Epist. ad Jacobum fratrem Domini, in qua inter alia multa documenta, hoc unum de ministris altaris tradit, ditens: *Ad dominica ueterum ministeria tales eleguntur; qui ante Ordinationem suam coniuges suas noviterint scilicet, si semper continere noluerint, juxta interpretationem Humberti Card. tempore Leonis 9. lib. contra Nicetam I quod si post Ordinationem ministerio altaris contigerit proprium invadere capable uxoris, faciat non utret limina, nec sacrifici portitor fiat, nec altare contingat &c.*

In fine autem Epistola testimoniū se hanc omnīam
ex Petro Apostolo Magistro accepisse, ibi: Hac
igitur frater Iacobus de ore S. Petri iubensis audiri:
Si quis præcepta hæc non integrè cœfollerit, sit Anath-
ema uque ad adventum Domini nostri Iesu Christi.
Hac præcepta à S. Petro Apostolo accepi & tibi frater
charissime insinuate curarī, ut seruari omnia facias
sine macula.

Cumque hic nulla sit distinctio inter Ecclesiam Latinam & Graecam, ut nec in Corde Carthag. a. & aliis testimonis Conclusus praecedenti allegatis; quidni in utraque Ecclesia hoc praeceptum ab initio fuerit observatum?

Non video rationem distinguendam; nisi quod
de facta Graci licite utantur matrimonio, antea
contracto, & non constet de tempore; quo ille
usus fuerit introductus; ut proinde videatur
fuisse licitus a principio Ecclesie.

Et ita videtur sentire Scotus. 4. dist. 37.
q. un. n. 5. ibi: *Sicut tamen dicat; quod etiam tunc*
licuit habere unam: verum est secundum consuetudinem
Ecclesie primitive, utendo matrimonio prius contracto. Et cum non distinguat inter Ecclesianam
Latinam & Graciam, videtur sentire in utraque
Ecclesia tempore Apostolorum fuisse licitum
ut matrimonio ante contracto, maximè cum
sit responsio ad illud Apostoli i. ad Timor. 3.
Vnus uxoris vi-

Atque ut intelligendus foret Doctor de sola Ecclesia Graeca, planè docere videtur, tempore, quo Apostolus scripsit illam Epistolam, fusse licitum in Ecclesia Graeca uti matrimonio antea contracto. Quæ est sententia Iudei Clidovæ in propugnaculo de Continentia cap. 6. 7. 21. & 22. quam refert & sequitur Claudius Spençus lib. 1. de Continentia cap. 4. non parum à principio.

Respondeo; mihi non facis constare de propria mente Scotti; nam duplicum ibi assignat explicationem, atque hæc secunda est: prima co-
Q. Q. Q.

48.

49.
nullam
et disting-
uonem id.
Ecce—
o Læ-
um &
ccam.

atīs
at de
tia

mente
scoti.

autem: Illud Apostoli: Unius uxoris vir, intelligitur, id est, non plurius, nec tunc tantum de presenti, sed de præterito, id est, quod non habuit plures, quia tunc effet bigamus & irregularis. Quæ sufficien-
tissima est. Unde secundam videtur addidisse ex sententia Altiorum. Hec autem nec nobis, nec alii Theologis communiter probatur, propter testimonia nimis generalia, in quibus nulla sit mentio illius conuentudinis, neque in una, neque in alia Ecclesia.

52.
Objectio ex
can. 5. & 50.
Apost.

Sed contra, inquis, can. 5. alia 6. Apost. dicitur: Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus uxori-
rem suam ne enciat religiosum prætextum. Et can. 50. o-
Si quis Episcopus, Presbyter vel Diaconus, vel omnino
ex Sacerdotali numero, à nuptiis, carnis, & vino,
non propter exercitacionem, sed propter abominationem
abstinet, oblitus quidam omnia valde bona, & quidam
masculinum & femininum fecit Deus hominem, sed
blasphemans calumniatus opificium; vel corrigitur,
vel deponatur, & ex Ecclesia excommunicatur. Similiter &
laicus.

Item ex 1.
Cor. 9.

Et ita ipsimet Apostoli videntur habuisse
uxores, & de his dixisse Paulus 1. Cor. 9. v. 5.
Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem
circumducendi sicut ceteri Apostoli, & fratres Domini
& Cephas?

& Epist.
Ignatii
ad Philadel.

Unde Ignatius eorum discipulus in Epist. ad Philadelph. non parum ante medium ait: Non
detrabo autem ceteris beati, qui nuptias copulati
fuerunt, quorum nunc memini; opto enim Deo dignus,
ad vestigia eorum in regno ipsius inveneri, sicut Abraham,
& Isaac, & Iacob, sicut Ioseph & Isaias, &
ceteri Prophetæ, sicut Petrus & Paulus, & reliqui
Apostoli, qui nuptias fuerunt sociati, qui non libidinis
causa, sed posteritas subroganda gratia coniuges ha-
buerunt.

53.
Rcp. ad
Epist.
Ignatii

Respondeo; quidquid sit de Apostolis, an
omnes præter Joannem (quem prius excepterat
Ignatius) habuerint uxorem, quod non certò
constat ex illo testimonio, cum in Codice Va-
ticano, & aliis antiquis Codicibus non nomi-
netur Paulus; ad propositum nostrum sufficit,
quod postquam secuti sunt Christum & ordi-
nati Sacerdotes, nunquam fuerint usi suâ uxore;
neque enim nos hic contendimus, uxoratos
non posse initiari sacris Ordinibus, sed folum-
modo non posse amplius uti suâ uxore. Jam
autem illi Patres, qui docent, Apostolos ha-
buisse uxorem, etiam affirmant, post vocatio-
nem non fuisse eâ usos ad generationem.

Matth. 19.

Idque manifestè colligitur ex illo Matth. 19.
v. 27. Tunc respondens Petrus (nomine omium
Apostolorum) dixit ei (Christo) Ecce nos reli-
quimus omnia & secuti sumus te. Christus autem
explicans quæ sint ea, quæ reliqui erant ii, qui
ipsum perfectè vellent sequi, v. 29. ait: Et omnis
qui reliquerit dominum, vel fratres, aut sorores, aut
patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros
propter nomen meum, centuplum accipiet & vitam
eternam possidebit. Ergo non est verisimile Apo-
stolos, qui perfectè Christum sequi debe-

bant, uxores, ac earum usum conjugalem re-
nuisse.

Ex quo patet, quam Paulus intelligit. Con-
trint. 9. Mulierem sororem, scilicet non propriam
uxorem, sicut ut tales, id est, ad ultimam con-
jugalem; sed quacumque mulierem Christianam,
nam, quæ ut soror ministeriarer necessaria ad fe-
stinationem; sicut Suamitis 4. Reg. 4. fe-
stentabat Elizæum. Unde in vulgata nostra edi-
tione non legitur: sororem mulierem, sed Mu-
lierem sororem, id est, mulierem Christianam, que
licet sanguine non foret soror, tamen ex chari-
tate, officium sororis praefaret. Ita exponit
plerique sancti Patres Graci & Latinus.

Quare per ly Pœstatiem, non denotatur
Ætoritas viri in uxorem, sed Doctoris in di-
pulam; vel verius, significatur facultas seu
centia circumducendi, ut patet ex conciliu
illius capituli, cuius Summarium sic agit:
Non accipiebat Paulus victimam à Coenobio, quia
concionabatur, ut omnem amputaret officiacionem
sionem, tunc hoc sibi fusse licetum malum pene
mentis.

Hinc ait v. 1. Non sum liber? Etsi. si nu-
quid non habemus potestatem mandando & prohibendo?
Quid autem potestas ibi aliud significat, quia
licentiam? Ergo similiter ver. 5, quando
cit: Nunquid non habemus potestatem cir-
cunducendi mulierem sororem? Per potestatem intel-
igit licentiam; & latius significat, nonne illa
circumducionis fusile ministracionem cum
qua erant necessaria ad manducandum bi-
bendum.

Nec obstat; Apostolos suam sustentacionem
aceperisse à populis; quia ille mulierem pars
populi, & ab aliis partibus accepit
eleemosynas pro sustentatione. Apostolus
ne ipse nimium gravarentur, & quia formis
plenum non sufficeret, sed autem essent pars populi patet, quia popu-
lum intelligent illi, quibus Apostolus mi-
strabant Sacraenta & verbum Dei quod
Apostoli eodem loco v. 11. si nisi vellet
seminalis, magnum est, si nisi carnem sua
metamus?

Quantum ad Canones Apostolorum, quo-
quagelimus se ipsum explicat, & colla-
te ratiū damnam Episcopos, Presbyteros
vel Diaconos, qui cum Saturino, &
que gregalibus, cum Ebionitis, Encratitio-
Tarianis, Marcionitis, & Manicheis alle-
nebant à nuptiis, dicentes per se multas &
mali habitas; de qua doctrina Apostolus 1. Te-
mot. 4. in principio sic ait: Spiritus autem
manifeste dicit, quia in novissimis temporibus (id est
ad finem) discedent quidam à fide, attendunt
spiritibus erroris & doctrinis demoniorum, in hypo-
si loquentium mendacium, & ceteratam vobis
vitam suam conscientiam, probidemus nubem, ob-
stinere à vobis &c.

Sect. 5. De Contin. sacris Ordin. annexa. Concl. 3. 675

Et ideo Canon præfatus non loquitur de solis Clericis seu Ordinibus initiatis, sed etiam laicis, ut patet ex ultimis verbis: *Sicut & laicus*; ergo malè iste Canon adducitur specialiter contra ordinatos, qui ratione præcepti, vel proprii voti abstinent à nuptiis; non autem, quia ex se male sint.

57. Porro quid respondentum sit ad Can. 5. alias 6. Apost. patet ex cap. 11. dist. 32. ubi Humbertus Card. nomine Leonis 9. cuius erat Legatus, scribens contra libellum Nicetæ Abbatum, ait: *Omnino confessus non licere Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos propriam uxorem causâ religiosis abire à cura sua, scilicet ut ei viximus & vestitum largiarur; non ut cum illa ex more carnis latenter iaceatis.*

Ubi Gloss. verb. *Largiarur*, inquit: *Sequestrato tamen habitaculo, ut 77. dist. Episcopus. Et hoc cum persona est suspicta. Ergo cum persona non foret suspecta, sufficeret sequestratus torus secundum illam Glossam.*

58. Hercule uxores, ante Ordines Matrimonio junctas, non esse domo expellendas, manifestè confessat ex leg. 19. Cod. de Episcopis & Clericis, ubi Theodosius Imperator statuit: *Eum, qui probabilitate seculi disciplinam agit, decolorari consortio sororis appellatio non decet. Quicunque igitur cuiuscumque gradus Sacerdotio fulcuntur, vel Clericatus honore videntur, extranearum sibi mulierum interdicta consortia cognoscant: bâc tamen eius facultate concessa, ut marres, filias, atque germanas intra domorum suarum septa continente: in his enim nibil sex criminis existimari sedius naturale permittit. Illas etiam non relinquunt casitatis (alias, charitatis) hortatur affectio, que ante Sacerdotium maritorum legitimum meruere coniugium; neque enim Clericis incompetentes adiudicata sunt, que dignos Sacerdotio viros suâ conversatione fecerint.*

Igitur hic Imperator, qui probè neverat mentem Concilii Niceni, Canonem 3. quem statim subscrivo, intellexit non de uxoribus, sed de mulieribus extraneis sive subintroductiis, quæ appellabantur nomine sororum adipitivorum, & admitebantur praetextu aliquo pietatis.

Ecce verba Conc. Niceni: *Interdixit per omnia Synodus, non Episcopo, non Presbytero, non Diacono, nec alicui omnino, qui in Cleo est, licere subintroductam habere mulierem (alias, mulierem extraneam) nisi foris aut matrem, aut sororem, aut amant, vel eas tantum personas, quæ suspicione effigunt. Iam autem propria uxor liquet profecta, quia neque est mulier subintroducta, neque extranea.*

Unde putat Vasquez hic disp. 247. nullatenus per illum Canonem fuisse prohibitum usum matrimonii, antea contracti, maximè cum locatur de toto Cleo, adeòque etiam de initiatis minoribus Ordinibus.

Immo idem Auctor eodem loco conatur ostendere, usum illum fuisse à Concilio permisum seu concessum; idque ex quadam histo-

ria, quam narrat Socrates lib. 1. sua Historia cap. 8. hisce verbis: *Visum erat Episcopis (Conc. Niceni) legem novam in Ecclesiam Reservatur quodam historia ex Societate, introducere; ut qui essent Sacris initiati (sicut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi) cum uxoriis, quas, cum erant laici, in matrimonium duxissent, minimè dormirent.*

Et quoniam illis erat propositum de hac re consilium inire, in medio eorum concessu fuit ex Paphnutius, ac vehementer vociferatus est, non grave jugum cervicibus illorum imponendum esse, qui erant Sacris initiati: honorabile esse conjugium inter omnes & turum immaculatum:videndum, ne nimis exquisitâ præscriptione Ecclesiam gravi incommodo afficerent. Omnes enim non posse ferre tam austera disciplinam, tamquam ab omni animi perturbatione vaciam, neque à singulorum uxoriis fortasse eam castimoniam normam posse servari. Viri autem cum uxore legitimum concubitum, castimoniam appellavit: illud sati esse, ut qui in Clericante adscripti erant, quam duxissent uxores, hi secundum veterem Ecclesiæ Traditionem deinceps à nuptiis se abstineant: non tamè quicquam ab illa, quam iam pridem, cum laicus erat, uxorem duxisset, se Jungi debere.

Istam in Episcoporum convenitu orationem habuit Paphnutius, cum ipse non modo nuptias non expertus esset, sed etiam (verè dixerim) mulierem non aliquando attigisset: nam à pueris, in monasterio ipsum severo vita disciplinae generi totum desiderat: qui quidem propter singularem castimoniam, præ ceteris placet in magna fama celebritate vixit.

Itaque cum totus Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum conventus verbis Paphnutii alienisset, controversia, dicitur te exorta, pénitus sedata est, potestaque permisa coique pro arbitrio ab uxoriis confuetudine abstinentis Hactenus Socrates. Idemque narrat Sozomenus lib. 1. Hist. Eccles. c. 22.

Quam utique historiam tametsi multi rejiciunt, tamquam apocrypham & confictam, propter diversas rationes; euidem Vasquez suprà ambabus manibus amplectitur, tamquam vera et authentica, & rationes omnes in contrarium conatur dissolvere: etiam revera dissolvat; parvum refert ad Conclusionem.

Quippe ut vera foret, cum aliunde constet, in Ecclesia Latina semper viguisse legem perpetuam perfecitque continentia, ad summum probaret, ante Concilium Nicenum, & post illud in Ecclesia Græca permisum fuisse ordinatis, ut conjugio antea contracto, quod nostra Conclusio non negat; sed tantum docet, à principio Ecclesia fuisse præceptum generale pro utraque Ecclesia; potuit autem istud præceptum, utpote humanum, contraria consuetudine legitimè præscriptum pro una Ecclesia tolli, & non pro alia. Et ita de facto non obligare in Ecclesia Græca, quamvis semper obligaverit, &

Qqqq 2 modò

& Cen. 3.
Conc.
Niceni.

An in illo
Conc. fuerit
prohibitus
uus matti-
monii
antea con-
tracti.
Vasquez.

Disp. 10. De Sacram. Ordinis.

modō obliget in Ecclesia Latina, vix videtur dubitandum, propter apertissima iura, & quotidiam praxim.

61.
Prout ostenditur ex Concilio Ancyran.

Ut autem incipiamus ab Ecclesiā Græca, id est, orientali, in Concilio Ancyranō (quod praecepsit Nicæum) c. 9. alijs 10. hæc lego: Diaconi quicunque ordinantur, si in ipsa Ordinatione protestati sunt, & dixerint, velle se coniugio copulati (secunda translatio habet: Velle se habere uxores. Et 3. Oportere se uxores ducere) quia sic manere non possunt; bi si postmodum uxores duxerint (alia translatio habet: Si ad nuptias veneint) in ministerio manent, propriea quod eis Episcopus licentiam dederit.

Qui Canon cum aliis postea approbatus fuit à Leone 4. ut refertur dist. 20. cap. De libellis 1. ibi: Quibus autem in omnibus Ecclesiasticis utimur iudicis sunt Canones Apostolorum, Nicenorum, Ancyranorum, Neocatariensium, Gangrensum, Antiochenum, Laodicensium, Constantiop. Ephel Chalcedonensem, Sardicensium, Africanum, Carthaginensem.

Et verò in praefato Canone non solum permittitur illud conjugium, sicut permittuntur alia peccata; sed postivè videtur approbari per illa verba: Propterea quod eis Episcopus licentiam dederit, scilicet postea contrahendi matrimonium. Neque hic conceditur tantum potestas utendi matrimonio, ante Ordinationem contracto. Aliqui volunt, qui per ly Coniugio copulari, intelligent copulam conjugalem) sed magis conceditur potestas, post Ordinationem contrahendi matrimonium; hoc enim significant hæc verba: si si postmodum uxores duxerint, quæ propriæ significant contractum matrimonii, & non tantum usum matrimonii, antea contracti.

Enimverò si Episcopus peccasset, concedendo talem licentiam, putas, quia Concilium eum non punivisset? Non punivit autem; ergo supposuit Concil. quod illa licentia non esset peccaminosa; per consequens, quod matrimonium & copula matrimonialis non essent per se mala iis, qui sic protestati fuissent, & ab Episcopis licentiam accepissent.

Ceterum cum hoc Concil. tantum fuerit Provinciale; non videtur illa concessio extensa fuisse per totum Orientem, sed tantum in ea Provincia Ancyrae live totius Galacie, cuius est illa urbs. Sicut etiam non extendebatur ad Sacerdotes, sed spectabat solum ad Diaconos; ut patet ex verbis relatis, cum quibus tamen debent intelligi etiam Subdiaconi.

Quare illius moris, qui deinceps per totum Orientem servatus fuit, & adhuc servatur, non solum apud schismatics, sed etiam apud Catholicos, non reperitur aliud antiquius monumentum & decretum, quam Conc. Nicenū supra, si vera est historia ibi relata.

Proxime accedit decretum Trullani Concilii (quod celebratum fuit anno Domini 692. sub nomine Sextæ aut Quinsextæ Synodi) can. 13.

Quoniam in Romani ordine canonis est cognitum traditum, eos qui ordinari sunt Diaconi vel Presbiteri, debet confiteri, quod jam fuisse non credentes uxores, nos antiquum sequentes canonem Apostolice diuina, & constitutions (quoniam Apostolus præcepit ut vir reddat debitum uxori, inquit Glori. iij) sacrorum virorum, legales nuptias ambo valorem, nullo modo cum uxoris suis eorum omniis dissolventes, aut privantes eis familiaritate etiam in tempore opportuno.

Quicunque ergo diligens (alijs, dignis) iuris fuerit in subiecto Ordinationis, aut Diaconi, et Sacerdotali, hic nullo modo prohibetur ad eis ascendere gradum pro uxoris sue legitime elevatione. Nec etiam tempore Ordinationis sua pribi cogatur, quod abstinere debeat à legi la propria uxori familiaritate.

Item infra: Oportet eos, qui altari ministri tempore oblationis (alijs, ritualium) subiungentes esse in omnibus, ut à Deo postea oculi, si simpliciter postulant. Si quis erga presumptu contra Apostolicos canones aliques Prelaticos & Diaconorum privare contulit & communione uxoris, deponatur. Similiter & Presbiteri diaconi, qui religiosis causis uxorem suam expoliaverunt, remunicietur: si vero in loco permanenti, depnau. Hactenus Concil.

Er quævis nequaquam fuit legitimus, nec quantumvis annitibus Græci (ut refertur Baronius) to. 8. ad illum' anum) fuerit sed Apostolica approbatum: tamen confutendum ipsa, & concessione Ecclesiæ, haec licentia apud Græcos firma permanuit, ut ipsi Greco dicitur; eo semper salvo, ut non licet esse contrahere matrimonium post Ordinationem, ut patet can. 6. sequentis tenoris: Deinceps penitus Hypadiacomo, Diacon, Presbiteri &c Ordinationes suam contrahere non licet.

Sed neque Episcopo vacare conjugium initio; uti decernitur can. 12. sub haec tempore verborum: Porro hoc queque ad instar negotiorum, quod in Africa & Lybia & aliis locis, quodam ex iis, qui illie sunt religiosissimis reliquo proprio uxoriis, etiam postquam adeo proficiuntur, una habitare non recusant, ex se populo offeruntur & scandala afferentes. Cum nichil fiducia nostrorum in eo magnopere latore, ut omnia ad gloriam manus nostras traditi, nobisq; committi, utitatem fiant, nobis visione est, ut miseri ejusmodi deinceps modo fieri.

Hanc confutudinem, seu traditionem Ecclesiæ Græca, probè novaret Stephanus Pagi, unde in prima actione Synodi ab ipso in Ecclesia Lateranensi congregata (ut refertur diligenter cap. 14.) inquit: Altera se Orientalem ecclesiam habet Ecclesiæ, alter lupus s. Romana Ecclesia. Nam earum Sacerdotes, Diaconi, argu Subdiaconi matrimonio copulantur: istius autem Ecclesia vel occidentalium nullus Sacerdotum a Subdiaconi uixit, ut Episcopum licentiam habet coniugium forandi. Ususq; verb. Copulantur. Id est, copulare uoluntur. Accedit

Anc. cod.
cello non
videatur se
extendisse
extra illam
Provin-
ciam neque
ad Sacerdo-
tes,

62.
Mos, qui
hodie ser-
vatur per
totum
Orientem,
primis
introductus
fuit per
Conc. Ni-
cenam.
Deinde per
decretaum

sc cap. 6. de
Cler. con-
jug.

Item ex
e. 7. de
Panit. &
remiss.

66.

Objicitur
responsum
Nicol. i. ad
consulta
Bulgaro-
rum.

solvitur
objecio.

67.
Tempore
Nicolai
Latini
Presbyteri
erant in
Bulgaria.

Accedat testimonium Innoc. 3. cap. Cum
dim. 6. de Clericis conjugatis, ibi: *Nos igitur
attendentes quod Orientalis Ecclesia votum continentiae
non admisit: quoniam Orientales in minoribus ordinibus
contrahunt: & in superioribus utantur matrimonio
non jam contrahere.*

Idque manifeste supponit Clemens 3. cap. 7.
de Peccat. & remiss. in principio: *Quoniam est
utrum sacerdotibus Gracis, quibus legitimo mari-
monio licet uti, parententia publica sit imponenda &c.*

His non obstat responsum Nicolai ad con-
sulta Bulgarorum. 70. quod refertur dist. 28.
cap. 17. in hæc verba: *Consulendum decembris;
utrum Presbyterum habentem uxorem debeat susten-
tare, & honorare, an à vobis projecte. Ad quod re-
spondemus: quoniam licet ipsi valde sint reprehensi-
bles, nos tamen Deum convenient imitari, qui solem
suum oriri facit super bonas & males. Dejicere vero
cum à vobis ideo non debet, quoniam nec Indam
Dominum, cum ejus mendax discipulus, de numero Apo-
stolorum fecit.*

Hoc, inquam, responsum non probat, illo
tempore in Ecclesia Graeca usum matrimonii
contracti fuisse illicitum Sacerdotibus; quo-
niam, ut notatur ibi in propositione casus,
Bulgari sunt populi inter Vngarum & Graciam con-
ficiuntur. Ac aliunde fieri potuit, ut tunc Bulga-
ria usum potius Latinae Ecclesie profliteretur,
quam Gracæ, quævis nondum haberent Episcopum, à Romana Sede sibi constitutum, ut
pater ex fine illorum responorum ibi: *Cum
autem Episcopus Deo concedente per Presulatus nostri
ministeriorum habuerit, ille vos docebit omnia, qua ad
officium suum pertinent.*

Ex nota, quod in principio cap. 106. dicitur:
*Prefereo depreciamur nos suppliciter ut vobis,
quenadam ceteris gentibus, veram & perfectam
Christianitatem, non habentem macilam aut rugam,
largam; afflentes, quod in patriam restram multi-
ex diversis locis Christiani advenientes, quis prout vo-
luntate eorum existit, multa & varia loquuntur, id est,
Graci, Armeni, & ex ceteris locis; quapropter juberi
potest, utrum omnibus his secundum variis sensus
comitare, an quid facere debetis.*

Ex quibus verbis patet; illo tempore non
solum Presbyteros Gracos & Armenos, sed
etiam Latinos fuisse in Bulgaria, & indubie
etiam ex ipsis Bulgarijam jam aliqui erant facti
Presbyteri; cumque etiam ex tunc Bulgari vel-
lent vivere more Ecclesia Latina, quæsiuerunt
non de Presbyteris Gracis, sed de Latinis &
Bulgaris, quid effet juris.

Et merito respondit Pontifex; ipsos valde
esse reprehensibilis, si more Græcorum velint
uti suis uxoribus; euidem esse tolerandos, &
non desiderandos, scilicet à laicis, sed ab Epis-
copis puniendos; nam verbis supra allegatis
actuatu subiungitur: *Verum de Presbyteris vobis,
qui laici estis, nec iudicandum est, neque de eorum
vita quidam investigandum, sed Episcoporum iudi-
cio quidam est per omnia referendum.*

Fortè etiam interrogatus fuit Pontifex de
Sacerdotibus, qui post Ordinationem duxer-
ant uxores, quod nequidem Gracis unquam
fuit licitum.

Itaque ex iam dictis satis, arbitror, probata
manet ultima pars Conclusionis, puta: *Graci
licet utantur matrimonio annexa contracto, illicet
contrahunt post Ordinationem.*

Quantum ad secundam partem; quod vide-
licet obligatio perpetua continentia, qua à
principio fuit, maneat annexa Ordinibus sacris
in Ecclesia Latina, eam omnes Catholicæ ad-
mittunt propter frequentissima & maximè ob-
via decreta, continuâ praxi observata. Duo
tantum dubia occurunt, quæ merentur aliquam
examinationem.

Primum est; non ex aliqua saltem parte
hæc obligatio pro aliquo tempore fuerit specia-
liter in Hispania interrupta. Secundum; num
ab initio simul fuerit annexa obligatio conti-
nentia omnibus iis Ordinibus, quibus hodie
annexa est.

Incipio à primo; & ratio dubitandi oritur
ex can. 33. Conc. Illyberitani, ubi dicitur:
*Placuit in totum prohiberi Episcopis, Presbyteris, Dia-
conibus, & Subdiaconibus postis in ministerio, absti-
nere se à conjugiis suis, & non generare filios.*

Nota autem *In totum*; quo videatur deno-
tari, legem illam latam fusile de servanda con-
tinentia omni tempore, & non tantum tempo-
re vicis ministerii, sicut tunc in Ecclesia Graeca
servabatur, ut pater ex can. 13. Conc. Trullani
suprà allegato; & videtur constitutum in Conc.
Catth. 5. can. 3. ubi sic lego: *Cum de quorum
dam Clericorum, quævis erga tñores proprias, in-
continencia referretur, placuit Episcopos, & Presby-
teros, & Diaconos secundum propria statuta (id est,
diebus quibus ministrant) etiam ab uxoribus ab-
stinere.*

Ita hunc can. videtur intellexisse Concilium
Trullanum supra ibi: *Scimus autem, sicut & qui
Carthaginæ convenerunt, & ministrorum gravitaris,
beneficiis, curam gerentes dixerunt, ut Subdiaconi,
qui sacra mysteria conservant, & Diaconi, & Pres-
byteri propriis terminis à consortibus abstineant: ut
& quod per Apostolos traditum est, & ab ipsa usque
antiquitate seruatum, nos quoque similiter servemus,
tempus in omni re scientes, & maximè in ieiunio &
oratione. Ita Concilium.*

Sed minus bene, ut pater ex can. 33. relato
ex Bino tom. 1. Concil. qui eisdem verbis re-
pertur in Decreto Gratiani dist. 84. cap. 4. in
quo nulla fit mentio Subdiaconorum; neque
dicitur Propterea terminis, sed; *Secundum propri-
tatem, ut Alii, Priora, seu Priorum statuta, quia sci-
licet in aliis Conciliis & iuribus ita jam statu-
tum erat.*

Igitur male Concil. Trullanum, ad confir-
mandum suum decretum, adduxit Concilium
Carthaginense, nam Ecclesia Carthaginensis
potius semper cum Latina & Occidentali con-
cordia Cœlestis, corda Cœlestis,

88.

69.

parts affir-
mans vide-
tur collig-
it can. 33.
Conc.
Illyberi

Conc. Cata-
rh. 5.

Qqqq 3

678 Disp. 10. De Sacramento Ordinis.

cordavit. Ut proinde ex Conc. Catthaginensi nullatenus probetur, in Ecclesia Latina aliquando licitum fuisse uti conjugio extra tempus ministerii.

71.
Resp. i. ad
Conc.
Urb.

Sed neque ex Concilio Illiberitano supra allegateo; quia saepius solent iterato leges ferri de iis rebus, que jam sub obligatione sunt, & manent, ut taet firmius & inviolabilius res iste observentur; maximè quando circa observantiam ex pravitate subditorum aliquis cœpit abusus introduci, ut ita renovatione legis ille abusus tollatur. Et fortassis ita contigit in illo Concilio.

Secunda.

Deinde illud: *In totum, referri posset, non ad tempus, quasi ibi precipiatur, ut in omni tempore à sacris hominibus continentia servetur; sed ad totum statum ministrorum altaris, eorum, inquam, qui proximè in altari ministrant, quos proinde ibi enumerat dicens: Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus positi in ministerio, id est, qui sunt positi in proximo ministerio altaris, non autem quando positi sunt.*

Et quāvis de Presbyteris & Diaconibus lex eadem priùs late foret, forte tamen nondum de Subdiaconibus aliqua similis lex emanaverat, ut patebit ex dicendis circa secundum dubium.

Non tanto hinc, quod Petrus Damianus script Cuneberto Episcopo Taurinensi lib. 4. Epist. 3. *Permitis, ut Ecclesia tua Clerici cuiuscumque sint Ordinis Iure Matrimonii confaderentur uxoribus. Et refert defensionem, quā le Clerici tuebantur: Habemus auctoritatem Triburensem Concilii, qua promovit ad Ecclesiasticum Ordinem, in eundi coniugis tribuit facultatem.*

Verum ipse Petrus morem illum acriter improbat & reprehendit, tamquam pravum & impium, ac nequaque licitum & reprobat illud Concilium, ed quod decretis Romanorum Pontificum non concordet. Et sanè inter alia Concilia apud Binium non invenitur. Merito ergo illam auctoritatem omitimus, & prægreditur ad secundum dubium; pro quo

72.
Expenduntur quidam
verba Pet.
Damiani.

Advertendum, Vasquezum hic disp. 243. cap. 3. & disp. 237. cap. 6. Suarium tom. 3. de Relig. lib. 9. cap. 16. & Azorium tom. 1. lib. 13. cap. 13. qu. 2. admittere, non fuisse ab initio Subdiaconatum huic obligationi, etiam in Ecclesia Latina, subiectum, eo quod Urb. 2. cap. Nullus in Episcopum. 4. dist. 60. solos Ordines Presbyteratus & Diaconatus, non autem Subdiaconatus dicit olim fuisse sacros.

Subjicio verba Pontificis: *Nullus in Episcopum eligatur, nisi in sacris Ordinibus religiose vivens fuerit inventus. Sacros autem Ordines dicimus Diaconatum & Presbyteratum. Hos siquidem solos (aliás, sacros) primitiva legitur habuisse Ecclesia: Subdiaconos verò, quia & ipsi altaribus ministrant, opportunitate exigente concedimus, si tamen spelate sint religionis & scientiae. Quod ipsum non sine Romani*

Pontifice, vel Metropolitanus licentia fieri permittimus.

Quod utique Decretum Innoc. 3. cap. 4 multis, de Aestate & qualitate & Ord. pref. exstimat esse Urb. 1. ibi: *Siquidem Vbi. Papa I. decretum, ut nullus in Episcopum &c.*

Sed ego illud decretum apud Binium to. 1. Conciliorum in Epist. decretali illius Pontificis non reperio. Hinc apud Iovem & in Normia citatur ex Synodo Beneventana, qd tempore Vbi. 3. cui Urbanus 2. successit, habita fuit. Nam Urb. 1. centum plus ministrans Nicenam Synodum antecellit. Ita legio decreto Gratiani ante præfatum caput.

Sed neque in ista Synodo, id relectur apud Binium tom. 4. Concil. habetur. Interim ex his patet error apud Vasquezum primum loco supra citato, ubi sic scribit: Innoc. 3. cap. 4 multis, de Aestate & qualitate &c. ex pref. dixit. Subdiaconatum ex sententia Urb. 1. in con. Nullus ad Episcopatum. 60. dist. in primis Ecclesia non fuisse Ordinem sacrum, hoc est, non habuisse annexum votum consitatis.

In quibus paucis verbis duplex est error; nam pro Urb. 1. ponitur Urb. 2. inter quos multum temporis intercessit; nam primus editum anno 226. secundus vero anno 1088. Deinde pro Nullus in Episcopum, ponitur ly Nullus ad Episcopatum.

Iraqauðor illius canonis incertus est. Certum autem, tempore Urb. 2. Subdiaconatum est Ordinem sacrum, & habuisse annum oblationis perpetuum continentia, ut patet ex ed. cap. A multis, ibi: *Verum cùm habeat Subdiaconatum inter sacros Ordines computetur, sicut Vbi. Papa sub his verbis exprefit: Erubescant impi & iniqui, agant iudicio Spiritus sancti, eos qui in sacris Ordinibus Presbyteratu, Diaconatu, Subdiaconatu sunt positi, si castè non vixerint, excludentes omnes corundum graduum dignitate. Et iterum: Non est sacrum Ordinem permittatur accedere nisi auctoritate, aut probata consitatis existat, & qui auctoritate Subdiaconatum unicam & virginem habuerit usum. ad similitudinem Diaconi & Presbyteri, Subdiaconus debet continentiam observare, sicut est in S. Syracusianum, ut si quis corum quis ad Clericos accidat nuptialis iure mulier voluerit copulari, hoc est subdiaconatus Ordinem faciat. Et B. Gregor. statuit legitur, ut nullum facere Subdiaconum presumant ipsi scopi, nisi qui se castè vescerunt promiserit. Ita innocent.*

Sed audiamus Vasquez supra, Expositum, inquit, idem Innocentius in eodem cap. tempore Nicolai 2. hanc Ordinem sacrum fuisse, huc est, non consitatis adiunctum habuisse. Ubi pro Urbano 2. ponitur Nicolaus 2. Forte est error Typographi, vel amanuensis, alioquin latius crevulus, cum non semel, sed fexies & pluries repperatur.

Præterea; quomodo credibile est, Urb. 2. prohibuisse, ne Subdiaconus eligi posset in Episcopum, nisi utilitatis causa, & tunc etiam non

nisi de permissione Metropolitani, vel Romani Pontificis (ut ait Innoc. supra) cum tempore eius foret Ordo sacer, & illa prohibitio facta sit ab Urbano, referente se ad statum primitivæ Ecclesiæ, in quo Subdiaconatus Ordo sacer minime dicebatur?

Sanè non aliam rationem habuit Innocentius, statuendi simpliciter, ut Subdiaconus in Episcopum valeat liberè eligi, sicut Diaconus vel Sacerdos, nisi hanc; quia hodie Subdiaconatus inter sacros Ordines computatur, ut patet manifestè ex illo capite ibi: *Verum cum hodie Subdiaconatus inter sacros Ordines computetur &c. Nos &c. statuimus, ut Subdiaconus in Episcopum valeat liberè eligi, sicut Diaconus vel Sacerdos.* Quapropter non credo can. *Nullus in Episcopum, esse Urb. 2. quidquid Vasquez & Alii dixerint.*

Cujuscumque ergo sit, quæritur; an hæc sit legitima Consequensia: Subdiaconatus in primitiva Ecclesia non erat Ordo sacer; ergo non habuit annexam obligationem continentiae.

Affirmat Vasquez locis supra allegatis; & ideo docet, Subdiaconatum non habuisse in primitiva Ecclesia annexam obligationem continentiae. Atque pro hac sententia videtur stare Innoc. 3. dicto cap. A malis; quamvis enim expressè non afferat, ideo tempore Urb. 2. fuisse Subdiaconatum Ordinem sacram; quia habuit annexam obligationem continentiae; tamen videtur id insinuare illis verbis Urb. Erubescant impi &c. in quibus Subdiaconatus vocatur Ordo sacer, & annexatur ei; aut potius significatur annexa obligationem continentiae.

Deinde; non appetat, ex quo alio capite Subdiaconatus hodie vocetur Ordo sacer, qui in primitiva Ecclesia non erat sacer. Necque enim hodie propinquius possunt ministrare altari, quam poterant in primitiva Ecclesia. Nec hodie aliter aut alia vasa sacra tangere, quam in primitiva Ecclesia; si ergo etiam in primitiva Ecclesia debebant castè vivere, sicut hodie debent; cur hodie dicitur Subdiaconatus Ordo sacer, qui in primitiva Ecclesia non dicebatur sacer?

Respondet Aversa q. 4. sc. 5. §. Absolutè autem loquendo. Ideo olim Subdiaconatum non fuisse vocatum Ordinem sacram, sicut vocabulant aliud duo Ordines superiores; quia Subdiaconis non convenit tangere & ministrare corpus Domini in Eucharistia, tangere & ministrare sacra vasa, quando continent corpus & sanguinem Domini; sicut tamen id convenit non solum Sacerdotibus, sed etiam Diaconi. Addi etiam potest; quia Subdiaconi non ordinantur per impositionem manuum, sicut Sacerdotes & Diaconi.

Potesta verò ipsum quoque Subdiaconatum dictum esse Ordinem sacram, non quia concessum est sic, tangere & ministrare corpus & sanguinem Domini; aut quia conferti coepit per impositionem manuum; sed quia nomen Or-

dinis sacri extensem & ampliatum sit ad hunc etiam Ordinem, ob proximum ministerium quo ad altare defervit. Hæc ille.

Atenim; cum hodie non magis proximè ministeries altari Subdiaconus, quam in Ecclesia primitia; cur potius hodie extensem est hoc nomen Ordinis sacri, ob proximum ministerium, ad Subdiaconatum, quam fuerit extensem in primitiva Ecclesia? Expectabo respondum.

Ego certè aliud non video; nisi quia sic Ecclesia voluit. Et sanè, si voluit, ob proximum ministerium, hodie extendere nomen Ordinis S. ad Subdiaconatum, quamvis hoc ministerium ab initio fuerit ei annexum; etiam potius idem velle, propter obligationem continentiae, quamvis ea ab initio Subdiaconatum fuisse annexa.

Appositi Doctor Seraph. 4. dist. 24. p. 2.
3.2. q. 11. in corp. Ratis, inquit, quare hoc sacramentum gradus habet, et si quia ordinat ad dispensandam sacramentum dignissimum, & ministerandum in templo Dei. Ad ministerium autem illud concurredunt quedam officia digniora, & quedam minus digna. Quae eti omnia requirunt ministros sanctos, illa tamen que attenduntur circa altare, & circa portationem vasorum sacrorum, & circa oblationem sacrificii consummandam, potissimum requiriunt ministros sanctos, Secundum illud ita, §. 2. Mundatini qui fertis vasa Domini. Similiter autem vel sancti fistio potissimum conficit in continentia: id est fuisse quidam Ordines, qui requirunt continentiam in ministeriis, quidam vero nomine. Id est recte quidam Ordines sacri dicuntur, quidam non sacri, non ratione sui, sed ratione mysterii, ad quod requirunt sanctitas in ministerio: & si poterit ratio hujus distinctionis Ordinem per sacros, & non sacros.

Et ibidem ad 1. sic ait: *Ad illud ergo quod obserficium, quod omnis Ordo est sacramentum, dicendum quod omnes Ordines signa sunt sacra, & rei sacre. Sed ab hac ratione non dicuntur Ordines sacri, sicut vii anni est, sed a consecratione ministeri, & quia ipsi Ordines disponunt ad contingendum & ministerandum vasa consagrata.*

Igitur, secundum D. Bonaventuram, aliqui Ordines dicuntur facri, tum ratione obligationis continentiae; tum ratione proximi ministerii altaris. Si ergo à principio Subdiaconatum fuit annexa obligationi continentiae, & proximum ministerium altaris, nec tamen dicebatur Ordo sacer; cum dicimus procedente tempore fuisse extensem illud nomen ad Subdiaconatum, potius propter ministerium, quam propter continentiam? Non video rationem dispartitatem.

Interim continentiam fuisse annexam ante Urb. 1. videtur probari ex antiquissimo canone Apostolorum, decreto Clementis ac Concil. Liberitano seu Liberino supra allegatis, & ex quibusdam aliis, in quibus licet non fiat expressa mentio Subdiaconorum, tamen Subdiaconi, secundum plerosque DD. comprehenduntur sub levitis seu Diaconi. Nec ullum apparet

80.
Contra
argutias

81.
Ratio dis
functionis
Ordinum
per facros
& noui
cros, ex
D. Bonav.

78.
Abene
seguatur,
Subdiacon
atus non
erat Ordo
sacer in
primitiva
Ecclesia;
ergo non
habebat
annexam
continentiae.
Affirmat
Vasquez
Probatur ex
cap. A mali
bus.

Confirmatur.

79.
Quæstio
hodiæ
Subdiacon
atus voca
tur Ordo
sacer ex
Averia.

paret vestigium, quo cœperit hæc obligatio extendi ad Subdiaconos, vel ubi primum pro illis hæc lex lata fuerit.

83.
Objecit ex cap. 1.
dist. 31.

Dices: cap. Ante triennium. 1. dist. 31. hæc leguntur: Ante triennum Subdiaconi omnium Ecclesiæ probiti fuerant, ut more Romana Ecclesia nullatenus suis uxoribus miscerentur. Quod mihi datum atque incomptens videatur, ut qui uiam eiusdem continentia non inventi, neque castitatem ante promisisti, compellatur à sua uxore separari, atque per hoc (quod absit) deterius cadat. Vnde videtur mihi, ut à presenti die Episcopi omnibus dicatur, ut nullum Subdiaconum facere presumant, nisi qui se viciunt usi- castè promiserit, quatenus præterita mala, que per propositum mentis appetita non sunt, violenter non exigantur, & futura cautele caveantur. Ita Greg. lib. 1. Epist. 42.

Solvitur.

Respondeo: hoc testimonium solum convincere, fuisse aliquando in Sicilia licitum Subdiaconis uti conjugio, idque quia prius Sicilia cum Græca & Orientali Ecclesia computabatur; postea tamen ad Latinam & Occidentalem reducta fuit, utpote in medio & confinio utriusque sita. Unde ex illo testimonio convincitur, tunc temporis in Ecclesia Romana illicitum fuisse Subdiaconis uti conjugio, adeoque ex tunc fuisse annexam obligationem perpetua continentia, ut patet ex ipsis verbis: *Vt more Romana Ecclesia nullatenus suis uxoribus uterentur.*

Iaque qui mordicus sustineret, à principio in Ecclesia Latina, non minus Subdiaconatu, quam Diaconatu, aut Sacerdotio, fuisse annexam obligationem perpetua continentia, non video, quo argumento posset efficaciter redargui; nisi quod non appareat ulla ratio, quare à principio non fuerit appellatus Ordo ficer, sicut modò vocatur, præ liberam voluntatem Ecclesiæ.

Sed dicit aliquis; esto omnibus Ordinibus majoribus fuerit à principio Ecclesiæ annexa perpetua obligatio continentia, qua adhuc hodie perseverat in Ecclesia Latina, putas, quia piè & convenienter fuerit annexa? Quidni pugnam? Et ideo pono sequentem Conclusionem.

CONCLUSIO IV.

Piè & convenienter sacris Ordinibus annexa fuit obligatio continentia.

84.
An Ordini-
bus majori-
bus
convenien-
ter fuerit
annexa con-
tinentia?

Negant
haereticis
tam anti-
qui, quam
recentiores
negantur
ad hanc
thesis.

Sed dicet aliquis; esto omnibus Ordinibus majoribus fuerit à principio Ecclesiæ annexa perpetua obligatio continentia, qua adhuc hodie perseverat in Ecclesia Latina, putas, quia piè & convenienter fuerit annexa? Quidni pugnam? Et ideo pono sequentem Conclusionem.

Hic nobis concertatio cum haereticis tam antiquis, quam recentioribus, qui institutionem continentia clericalis explodunt & improbat, atque non piam & convenientem, sed noxiā & pernicioſam existimant. Hujus erroris (inquit Bellarminus lib. 1. de Clericis cap. 19.) Aliqui Auctorem faciunt Nicolaum,

unum ex septem primis Diaconis: sed quidquid de hoc sit, constat, Vigilantium hunc etrem exp̄lē docuisse, de quo sic B. Hieronymus initio lib. contra Vigilantium: *Propter confortes, si tamen Episcopi nominandi sunt, quoniam ordinant Diaconos, nisi prius uxores duxerint, nulli calbi credentes pudicūsam.*

Hunc errorem receperunt Patres Concilii Trullanici circa annum Domini 700. ut patet canon. 13. ubi profana illa Synodus dicitur nominatum canones Romana Ecclesia, & contrarium statutum, nimis ut Clerici ante Subdiaconatum uxores ducent, & cum eis vivant postea in factis Ordinibus constituti. Tempore hujus Synodi cepit mos Græcorum, qui hoc est. Auctus autem est & confirmatus tempore Leonis 9. quando dissidium Græcorum à Latinis maxime crevit in multis aliis articulis. Unde extat liber Humberti Card. eo tempore scriptus de hac re, contra Nicetam Abbatem, qui hunc errorem Græcorum tunc stemmā defendebat. Huculque prefatus Auctus.

Sed, pace ejus, Patres Concilii Tulliani canon. 13. hunc errorem nullatenus receperunt; sed solum statuerunt, ut ordinati Diaconi vel Presbyteri, licet possent copulati suis uxoriis, secūs Episcopi, ut habetur canon. 11. Prohibuerunt autem, etiam Presbyteris, ac Diaconis, copulari tempore oblationis; nec non post Ordinationem matrimonium contrahere. Prætent hæc omnia ex Conclūsionē præcedenti.

Perpetuam ergo imponitur PP. illius Concilii, quod præcepit nullos ordinari Diaconos, nisi prius uxores duxerint, nulli calbi credentes pudicitiam. Sed hunc errorem Græcum tempore Leonis Papæ 9. receperunt, & consenserunt illum errorem, non autem contra finem canon. 6. Synodi (quod adhuc in vigore est) Græcos Catholicos, consentiente Pontifici, præcepit Humbertus Cardinalis.

Audite doctrinam Nicetae: *Tu inquit Humbertus in sua responsione §. sufficerem quidam tom. 1. Concilij Ecclesiam Dni videntib[us] & n[ost]ri n[ost]ri sagittam, & profibulum Balaam & Iosephum Nicolao dicas: Episcopum, & Presbyterum, & Diaconum dicimus, qui unam habet uxorem, ordinari: quāvis vivant eorum conuges, quāvis defunctor[um]. Nec licet eos polimū impositionem innuptos esse, nec iniquas ad nuptias ire, aut si nuplerint, alteras amplecti, sed sufficere eis, quas habent, cum ad Ordinationem venerunt. O abominabilis Omnes, quomodo non erubuisti tantum nefas eremeret? Regi non licet aliquem post manus impositionem sine vere esse?*

Ecce error Græcorum modernorum, contra quem scribit Humbertus, qui in sua responsione non meminit Concilii Trullanici, quāvis Nicetas ex eo suum errorem conatus fuisse probare; idque quia ex ipsis apertissimum verba